

roborat. Et Isid. lib. de summo bo. ca. vltim. Facilius pro ieiunium oratio penetrat celum. Ideoque Daniel oraturus pro populo, prius in ieiunio, factio, & cinere se castigabat. eiu. l. d. 9. Quod & omnes deuote orantes. frequenter fecisse legimus.

Excitat
sitim
Dei pfa.

Nono excitat sitim Dei, sicut vbi hoc docet Isid. Sancti inquit, quamdiu in huius seculi vita habitant, de desiderio superni toris corpus suum aridum porrant. Vnde & psalm. Sirituit inquit, in te anima mea quam multipliciter tibi caro mea. Caro enim tunc Deum sitit,

Confor-
mat nos
duci no-
stro.

quando pro ieiunium abstinet, & arefcit. Propter hoc de ieiunio gloriatur apostolus 2. Cor. 11. In fame inquit & sitis, in ieiunio multis. Nam cui adhuc sapit caro, despicit spiritus, & animalis homo non sapit ea quae sunt spiritus Dei. 1. Cor. 2. Sic homo spiritualis per ieiunium factus (quia caro arefcit) Deum summum spiritum sitit Decimo conformatur duci nostro Christo, qui ad hoc ieiunauit pro nobis, vt nos ad ieiunandum traheret, & doceret. De quo Bern. sermo. de ieiunio, qui incipit: Hodiernum loquitur, ostendens q. per ieiunium coheremus capiti nostro Christo, & per hoc ad ipsum hortatur. Com mune inquit, hoc ieiunium Christi omnibus christianis. Quid ni caput suum membra sequantur? Si bona suscepim⁹ ab hoc capite, mala autem quare non sustineamus? An respuere tristitia volumus, & communicare iucundis? Si ita est, indignos nos huius capitis participatione probamus. Et sequitur: Felix membrum quod huic adhaeserit per omnia capiti, & sequitur illud, quocumque ierit, alioquin si forte abscondi, se parariq; contigerit, priuetur statim, necesse est, etiam spiritu vita. Quaecumq; enim capiti portio non coheret vnde etiam sensus, aut vita? Sed nunquid talis manet sine capite? Attende quod sequitur: Abscissus inquit, a corpore saluatoris, sathana miser incorporabor.

Celestia
pandit
arcana.

Vndecimo celestia pandit arcana. Nam propter illud Danieli dedit dominus intelligentiam omnium visio-

num, & somniorum. Dan. 1. De qua Esa. vbi supra. Per ieiunium ait occulta mysteriorum caelestium reuelantur, diuinaque sacramenta arcana panduntur. Sic namq; Danieli angelo reuelante mysteriorum sacramenta cognoscere meruit. Haec enim virtus, & angelorum manifestationes, & eorum annuntiationes ostendit. Sic quoq; Moyses auditurus verba Dei, legemq; recepturus diuinam. Primo quadragesimo dierum continue preparatus est ieiunio, vt habetur Exodi. 24.

Duodecimo praemia meretur sempiterna, sicut & quodlibet opus bonum ex charitate factum. Illud autem eo magis, quo etiam praecipuum, & quo naturae magis contrarium, propter quod cum fortiori necesse est fieri conatu voluntatis secundum gratiae inclinationem, & cui magis praemium correspondet. Sic enim Lazarus pauper, & mendicus ob famis inedia patienter latam, in sinu Abrae consolatur, negata diuiti epuloni gutta aquae. Lucae 16. Sic Helias prius ieiunauit, & ita vitae suae longevitatem acquisiuit, significans ieiunio acquiri posse vitam summam sine fine. Cuius mentionem bea. Bernard. facit sermon. 3. de 40. ita dicens: Quanto feruore est amplectendum, quod Helias ille commendat, igneo curru raptus in celum? Ecce enim quam multa milia a diebus illis generalis inuasit mortis conditio. Helias tamen vsque huc conseruante domino manus eius euasit. Cum ergo tot nobis fructus parit ieiunium etiam voluntarium, hoc est ab ecclesia non praecipuum, quam rationabile est, & debitum pro tantis fructibus consequendis frequenter ieiunare? Cum enim recta ratio iudicat propter alias speciales causas, vtputa corporis sanitatem, aut aliqua alia corporalia expectata exequenda, cibum parcius sumendum esse, quanto magis propter tot bona spiritualia acquirenda, ac mala cauenda, ieiunare suadet ratio recta etiam non concurrat praecipuum. Quod si additur, nihil iam omnino est, quo a ieiunio excusmur.